



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

16. Quomodo quidam Lutheranus cum taurum furatus esset, liberatus metu faciendæ exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

posturam absoluti alicuius & irreprehensibilis doctoris, qui nihil à se scriptum dictumve retractasset, qualis videri haberi que ab omnibus cupiebat, nomen sibi & opinionem prae rare conabatur.

Ex historia belli Livonici, quomodo quidam Lutheranus cum taurum furatus esset, iteratus metu faciende exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus sit.

C A P. X V I.

IN ciuitate Torpatensi circiter annum Domini 1555. Lutheranus quidam Ecclesiastes, triginta agricolas ad genua prouolutos habebat, quos confessione facta sacramentali absolute à peccatis exoluere debebat. Mandat igitur omnes Deo confiteantur, solidum siue nummulum (quem confitentes parochi dare consueuerant) altari imponere iubet, deinde certam absolutionem promittit, poenitentiam & satisfactionem commentum esse papisticum, hanc neququam requiri. Erat autem inter confitentes quidam præ alijs simplici ingenio, qui domino suo iumentum furto abegerat. Hic absolutionem consecutus, domum iatibundus reuertitur, gaudium ex foelici confessionis successu conceptum, protinus in vxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cum parochum confessurus accederem, ne iuberet abductum taurum restituere, aut gehennæ incendio me furtum iuiturum minaretur: iam autem vno recepto solido, omnes

nes mihi noxas ignouit. Non multò post idem alium bouem furatur, & in ipso facinore deprehensus, fatetur neutiquam se illud admis- rum fuisse, si non tam facilem se præbuisset pa- rochus in delictis ignoscendis, eaque res plu- rimos ad grauissima facinora stimulabat, ad- deò vt summam in domestica familia perfidi- am patresfamilias persentiscerent, ac tam exi- tiales istius Euangelij fructus grauiter abomi- narentur.

*Ex vita S. Bonifacij Archiepiscopi Mogun-
tini, Germanorum Apostoli & martyris,
quæ habetur in tomis Lauren. Suriy s. Iulij.
Brenis historia de Aldeberto heretico, de ne-
quitia eius, & quomodo circa confessionem
sacramentalem se gesserit.*

CAP. XVII.

Aldebertus in primæua ætate hypocrita fuit, dicens quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi, mirè, & tamen incertè sanctitatis reli- quias attulerit, & exinde potuerit omnia, quæcunq; poposcerit, à Deo impetrare. Hac ergò simulatione, sicut Apostolus Paulus præ- dixit, penetravit multorum domos, & capti- uas duxit post se mulierculas oneratas pecca- tis, quæ ducebantur varijs desiderijs, & multi- tudinem rusticorum, dicentium quod ipse es- set vir Apostolicæ sanctitatis. Præterea con- duxit episcopos indoctos, qui se contra præ- cepta canonù absolute ordinauerunt. Vnde in